





1768, 8 9

92

ORDINIS IVRIDICI
PRODECANVS

GEORGIVS CHRISTIANVS
GEBAVERVS D.

HONORES

VIRIS PRAENOBILISSIMIS

IOANNI HENRICO DRESKY

HAMBVRGENSI

GEORGIO FRIDERICO RICHTERO

SORBIGENSI MISNICO

PHILIPPO HENRICO SEYBERTHO

NASSOICO

IOANNI HENRICO FRICKIO

GVELPHERBYTANO

RITE COLLATOS PVBLICE INDICAT

S I M V L

MSTI CVIVSDAM BRENKMANNIANI

SPECIMINA CONTINVT.

GOTTINGAE ANNO MDCCLXVIII.

LITTERIS IOANNIS HENRICI SCHVLZII, ACAD. TYPOGR.



28

ORDINIS
ROBERTVS
GEORGIVS CHRISTIANVS
HERVARIVS
1710
1711
1712
1713
1714
1715
1716
1717
1718
1719
1720
1721
1722
1723
1724
1725
1726
1727
1728
1729
1730
1731
1732
1733
1734
1735
1736
1737
1738
1739
1740
1741
1742
1743
1744
1745
1746
1747
1748
1749
1750
1751
1752
1753
1754
1755
1756
1757
1758
1759
1760
1761
1762
1763
1764
1765
1766
1767
1768
1769
1770
1771
1772
1773
1774
1775
1776
1777
1778
1779
1780
1781
1782
1783
1784
1785
1786
1787
1788
1789
1790
1791
1792
1793
1794
1795
1796
1797
1798
1799
1800



Postquam in nouissimo meo Decanatu septem dignissimi Candidati nomina sua Honorum apiscendorum causa sunt professi, de prioribus tribus in nouissimo meo Programmate iam est dictum, adeoque quatuor reliquorum Honores publice sunt indicandi, commoda hac occasione ad id, quod superiore scriptura agere coepi, redco, ad Specimina MS. Brenkmanniani Operis, quod *Indicem Orthographicum Nominum propriorum* inscripsit, meis passim notulis emendanda et illustranda:

ALPHENVS Varus cum F, et ALPHENVS cum PH, promiscue exaratur in membranis Florentinis, alterum propria Latinorum scribendi ratione, communi alterum: saepissime autem cum F. Profecto vsque ad Librum XL. n. tantum bis cum P. adspirata inuenitur, puta *L. 30. de Pignerat. actione*, et *L. 44. de Heredib. instituendis*. tandem dicto Lib. XL. vtroque modo reperies, cum PH *L. 6. de Manumissionibus*, cum F. *L. 14. de Statuliberis*. rursus Libr. XLIV. *L. 14. de Exceptionibus* est *Alfenus*, ac *L. 20. de Obligat. et Action.* cposita ratione. postremo *L. 57. de Furtis* ac *L. 3. de Interdictis et Relegat.* Graeca Orthographia repraesentatur. Perperam ve-

A

ro



ro Taurellus in inscriptione *L. 61. de Iudic.* (a)
 ALFINVS exhibet; nam diserte istic in Arche-
 typo cum adspiratione legitur. In summa septu-
 agies quinquies cum F. septies tantum cum
 PH. reperitur in Exemplari Florentino. (b)
 Sed et saepius Lapides F habent in hoc nomine.
 Sic

(a) Ita est in meo MS. manifesto omissionis peccato in-
 ter scribendum in vocabulo: *re commisso.* *L. 61. de*
Iudicis est VLPiani ex libro 26. ad Edictum. Sed et in
 numero est erratum. *L. 6. de Re iudicata*, est IULIA-
 NI, sed sequens, quam voluit BRENKMANNVS, est
 ALFENI VARI *Lib. 6. Digestorum a Paulo epitomatorum.*

(b) Haec eadem etiam habet EVERARDVS OTTO in *Al-*
feno Varo ab iniuriis Veterum et Recentiorum liberato
cap. II. §. 2. in Thesauri sui Tom. XV. col. 1635. simul,
 haec et alia BRENKMANNO nostro se debere, ingenue
 professus. Inter allegatas tamen leges septem, in
 quibus Florentiae *Alphenus* legitur, est etiam *L. 61. de*
Re iudicata, cui Lex sequens 62. vel ex Taurellianis
 Pandectis substitui poterat, vel ex BRENKMANNI *Al-*
feno Varo, vbi pag. 41. haec allegatio recte se habet.
 Scilicet edidit Noster huius ICI Leges, vt essent
Specimen Pandectarum Iuris Ciuilis auctoribus suis et li-
bris restitutorum, (vide si lubet, *Narrationem meam*
de H. B. pag. 7.) quibus etiam Alfeni Vitam praemi-
 fit, et in margine pag. 1. haec adiecit huc omnino
 transferenda: „In quibusdam editionibus dicitur AL-
 PHE-

Sic apud Gudium pag. 156. num. 10. *M' Acilius M' F. Gal. Alfenus*. Eadem scripturae varietas est in his: *Perpinus Albus* apud Fabrett. *cap. II. n. 132. pag. 83.* *Albius*, cui Imp. Antoninus rescripsit *L. 6. C. de Poenis.* *Albia Maxima* L. Bellicii Saturnini coniux apud Reinesium Epistol. 70. pag. 661. (c) Contra *Alfi* et *Alfae* per F. fae-

„PHENVS. Caeterum apud Interpretes Horatii in „membranis vetustissimis et numo apud Golz. P. AL- „FINIVS P. F. VARVS appellatur. Nec spernenda do- „ctissimorum virorum coniectura, quum patrio pri- „mum nomine *Alfenus* vocaretur, iam clarum factum „*Alfinum* sese appellasse. *Rup.* [C. A. Rupertus ad „*Enchiridion* Pomponii p. m. 408.] At *Groz.* [Guil. „*Grotius* in *Vitis* [Ctor. Lib. I. cap. XI.] eum *Alfe-* „*nium* potius nominat quam aut *Alphenum* aut *Alfina-* „*um*. quod tamen non probo.” Haec BRENKMAN- „NVS, sed non sat curate inspectis GROTII verbis, quae in vtraque Editione, et *Lugdunensi* pag. 86. et *Halenſi* pag. 76. ita se habent: „*P. Alfenus Varus*, ita enim „potius nominandus est, quam aut *Alphenus*, aut *Al-* „*phinius*.”

(c) THOMAE REINESII *Epistolae ad D. Casp. Hofmannum et Christ. Adam Rupertum prodierunt Lipsiae 1660. 4.* et sunt etiam amoebaeae. Allegata tamen Epistola 70. est omnino REINESII, quam si paulo attentius legisset NOSTER, intellexisset facile, istum lapidem, in quo

saepius leguntur in marmoribus, quam PH. Inter alios Fabrettus cap. IV. n. 156. (pag. 72.) habet P. ALFIO ERASTO NEGOTIANTI MATERIARIO. (d) Porro *Alfena Tryphaena* est apud Eundem cap. II. n. 27. (pag. 62.) (e) vt apud Gruterum pag. 856. num. 1. *Alfenatia Flora.* (f) Adde *Alfenios.* In his est T. *Alfenius Primigenius* (g) in (Caroli Caesar. Malualiae) Marmor. Felsin. Sect. VII. c. 2. pag. 407. et M. *Alfenius M. F.* cum *Al-*

Alphiae Maximae seruata est memoria, non REINESIO nos debere, sed GRVTERO, apud quem iste titulus pag. DCCCCLIX. n. 13. legitur.

- (d) Consule, si lubet, LVD. ANTON. MVRATORII *Nouum Thesaurum Inscriptionum*, eiusque *Indicem Classis XVII.* pag. MMCCXXIII. qui tibi ingentem copiam *Alfiarum* et *Alfiorum* suppeditabit, *Alphas* vero aut *Alphios* nullos. Addi potest *Flavius Alfius*, auctor deperditus, cuius tamen meminit PLINIVS *Histor. Natur. Lib. IX. cap. 8.*
- (e) Et apud MVRATORIVM in *Thesauro Tomo III.* pag. MCCCXCIX. n. 3. vbi tamen *Alfena* maritus *Sabodius* dicitur, cum FABRETTVS *Sabidem* exhibeat.
- (f) Et in MVRATORII *Thesauro Tom. I.* pag. CXCI. num. 1. L. ALFENATIVS.
- (g) qui, vt idem lapis ait: *fecit sibi et T. Alfenio Philaroti Patrono suo benemerenti*, neutiquam omittendo.

Alfenia Virania apud Donium Cap. (vel potius Classe) VIII. n. 8. (b) item *Alfenia Pietas* apud Gruterum pag. 853. (pag. 753.) num. 6. Inprimis memorandus hic nobis *Alfenius Senecio* Subpraefectus et ICtus, cuius sententiam de loco seu agro publicato integram sistit idem Gruterus pag. 208. Denique *Alfiniae* gentis meminit Spanhemius de praestantia et vsu Numism. Tomo II. pag. 12. (i) et *Alfeinae* apud Reinesium. (k) De etymo horum nominum agimus in *Observationibus miscellaneis ad Nomina propria in Pandectis*. (l) Adiprae-

(b) Etiam apud MVRATORIVM Tomo II. pag. CMXXXVI. num. 7.

(i) Vbi tamen memoratam gentem frustra quaesieris. pag. autem 8. SPANHEMIUS indicem texuit e Fallis Golzianis vulgo antiquariorum ignotarum, inter quas prima est ALFINIA.

(k) In *Synagmate Inscriptionum antiquarum Classe V. n. 46.* vbi in vna eademque inscriptione L. *Alfeinius* Flamen Titialis, eius Coniux L. *Alfenia* Mercellina, et filius A. *Alfeinius* L. F. Prosper occurrunt, Confer, si lubet, MARQV. GVDII *Indicem Nominum Propriorum* pag. LXXIX.

(l) Vbi haec habentur: "ALPHENVVS Varus, celebris „ICtus, Sulpitii auditor. Sunt autem *αλφοι* furfures „seu pustulae albae intercutis, efflorescentes maculae



praeterea Cl. Ottonem in praefatione ante The-
sau-

„lae albae, in summa genus impetiginis. Sed inde
„hoc nomen deriuare, nimis scabrosum foret. Est
„et ἀλφίτων *farina hordeacea*, ab albedine denomi-
„nata, quo pertinet prouerbium: Οὐδὲν πρὸς τὸ ἀλφίτων,
„quod vulgo dicitur, *non est de pane lucrando*. Hinc
„quoque *Alpes* dicti, niuium causa, abiecta videlicet
„aspiratione. Ceterum apud Plutarchum in *Vita*
„*Hipperidis* quidam ἀλφινὸς nominatur, auus, vt cre-
„do, *Hipperidis*: sed cum ibi ἀλφίνου in quarto ca-
„su reperiamus, deberet esse ἀλφίνου, quem admo-
„dum dicitur, ἀντίου, et apud Homer. Πάινθου et
„Πυρίθου. Illud porro ἀλφίνου videtur dici ab insue-
„to ἀλφῆν inuenire et νοῦς, νοῦς, *mens, intellectus*; i-
„psumque rursus ἀλφῆν, vnde Poetis ἀλφισῆς, inuen-
„tor, ab ἀλφα, vt pote quae literarum prima est, et
„inter eas velut primum inuenta. Eodem refero *Al-*
„*phus, Alphius, Alphenus, Alphenius*, aliaque id genus
„nomina. Denique *Alpheus* fluuius est inter Pisas et
„Elidem, ciuitates Arcadiae, quo respicit Virgil. *Ae-*
„*neid. lib. X. versu 179.*

— *Alphea ab origine Pisae*

„Quod autem *Alphenus* passim per F. scribitur in Pan-
„dectis pro PH, ad Orthographiam pertinet.”

Haec Brenkmanniana forte in omnibus aliorum
neutiquam merebuntur calculum. *Vita Hyperidis* est
inter PLVTARCHI *Vitas decem Rhetorum IX. Tomo*
II. Oper. pag. 848. in qua et ἀλφινὸς memoratur, et alio

o

faurum Iur. Rom. Tom. I. pag. 15. et in Vita Alfeni Vari Tom. V. (pag. 1634.)

AMARANTVS (Coelius) L. 1. §. 2. de Iure
fisci. Alii AMARANTHVS cum aspiratione. Verum "Amarantus recte est in Pandectis Florent.
„ait Augustin. ad Nom. propria τῶν παυδ. Flor.
„Eiusdem nominis purpureus flos dicitur, quod
„non marcescat. vnde *amarantina corona* in epist.
„D. Petri *immarcescibilis* appellatur., Nempe
„a μαργάριτο. In lapidibus Gruterianis longe etiam
„frequentius *Amarantus* legitur quam *Amaran-*
thus. Inde adiectiuum *Amarantianus*. (m) Ru-
perti (n) ad Reinesium Epist. 41. pag. 338. num.

102.

alio in loco, Αλφειῶν Offa Hyperidis Athenas ad cognatos retulisse, refertur, quos pro vna eademque persona habuisse videtur. Ille fuit Hyperidis, non auus sed nepos; hic eiusdem ἀνεψιός, patruelis forte, aut amittinus, aut consobrinus.

(m) Quod secus se habet in lapidibus Muratorianis, teste *Indice Classis XVII. saepius allegato.*

(n) CHRISTOPH. ADAM. RVPERTVS, celebris in Alcorfina Academia Professor, misit ad Reinesium *Collellanea Inscriptionum*, quae MICHAEL PICCARTVS, eiusdem Academiae Professor, ad Ian. Gruterum miserat; hic autem suo Operi inferere neglexerat, in quibus
B alle-



102. quod ipsum tamen etiam nominis loco est. In Gudii *Inscript. pag. 288. n. 2.* est quidem insita rursus adspiratione *Velius Amaranthianus*: sic enim ibi lego pro *Amaranbianus*, finet. (o).

AMINAEVM VINUM. L. 16. §. 2. de *Tritic. vino, vel oleo legato.* (p) Recte, siquidem Hesychius in suis glossis (q) Ἀμινᾶϊος ἔινος. Serenus (r) cum
E

allegato loco *praedia Amaranthiana*, et p. 344 num. 176. etiam sequens titulus occurrit: *D. M. Patulci Amaranthi fecit Iulia Coniux B. M.*

(o) Nisi malis coniciere, legendum esse *Amaranthianus*. In *Collectaneis PICCARTI* paulo ante memoratis num. 166. pag. 344. exstat: *C. Seius Amaranthus*. Potest tamen et hic lapidarius errasse, et T. cum C. permutasse.

(p) Verba PROCULI in ista lege sunt haec: *Quod si esset legatum Vinum amphorarium, aminaeum, graecum et dulcia omnia, nihil inter dulcia, nisi quod potioris fuisset, legatum putat Labeo ex collatione vini amphorarii, quod non improbo.*

(q) Verba HESYCHII sunt: Ἀμινᾶϊον, δι' ἐνὸς ν, τὸν ἔινον λέγειν ἢ γὰρ πευκετικῆ ἀμινᾶϊα λέγεται. *Aminaeum*, per unam n, vinum denotat. *Peucetia* enim *Aminaea* dicitur. Regio scilicet, in qua *Aminaeum* nascebatur, Calabriae pars, olim *Peucetia* appellabatur. PLINIUS *Hist. Nat. Lib. III. cap. XI. Sect. 16.*

(r) Q. SERENVS SAMMONICVS in suis *de Medicina praeceptis*



E producta vice Diphthongi AMINEVM scribit.
Est et *Aminea vinea* in lapide Gruteriano pag.
CCXV. num. 2. (s) E Seruio autem refert
Isido-

*ceptis c. 29. vbi remedia solutioni ventris et dysenteriae
compescendae idonea tradit, si sequaris editionem ROB.
KEUCHENII Amstelod. 1662. 8. editam, quae pag. 18.
versum 3. ita habet:*

*Saepe etenim nimio cursu fluit impetus alui
et versum 6.*

*Succus amineae vitis cum pane medetur,
vbi lex metri, vocalem e in tertia syllaba producendam
esse, ostendit. Sed in editione Celsi a IO. BAPTIS-
TA VVLPIO Patavii 1750. 8. curata, cui vir ille do-
ctus etiam SERENVM SAMMONICVM iunxit, Tomo II.
p. 359. legitur.*

Succus aminaeae vitis cum pane medetur.

*Praeter hunc a multis adductum versum est ad-
huc alius, cuius indicium CLAVDIO DAUSQVIO de-
beo, et quem in cap. XXXVII. quod remedia Ischiae
et articulari morbo idonea continet, reperi. Ille au-
tem in vtraque editione, cum in Keucheniana pag. 23.
tumin Vulpiana pag. 365. ita se habet:*

Aut in aminaeo cochleas haurire Lyaeo.

(s) In quo seruatum est Caput ex testamento M. Mego-
nii, in quo lin. 16. haec leguntur: *hoc amplius Au-
gustalibus loci iccirco dari volo (vineam) quae est Ami-
nea,*



Isidorus (t) *Amineum* dici quasi *sine minio*, hoc est, sine rubore, quod album vinum sit; ergo cum E breui. Virgilius et Aufonius (u) cum duplici M et E correpta, AMMINEVM, nisi quod in

nea, ut, si cogitationi meae, qua prospexissent utilitatibus nostris, credo, consenseritis, vinum vobis vestris, dumtaxat dum publice epulas exercebitis, habere possitis.

(t) ISIDORI locus est in Libro XVII. *Originum* cap. 5 p. m. 410. et ita se habet: Genera autem uinarum, quae vino deseruiunt, plurima. Ex quibus aminea dicta quasi sine minio, id est, sine rubore. Album enim uinum reddit, quae cum sit unius nominis, non unam speciem reddit. Amineae enim duae geminae ab eo dictae, quod duplices uas mittunt. Aminea lagana, quia plus omnibus lanescit lanugine. Ad quem obiter noto pro lagana, legendum esse: lanata, uide PLINIVM *Hist. Nat. Libro XIV. cap. 2. sect. Harduini 4.* Sed et SERVII apud ISIDORVM nulla est mentio, cui tamen hic ista priora omnino debet. Ita enim ille ad *Virgilii Libri II. Georgic. uersum 97.* Amineum uinum dictum est, quasi sine minio id est rubore, nam album est. Sane Amineum dici uersus probat, qui stare non potest, si Aminnaeum dixerimus.

(u) AVSONII uersus in libro epistolarum epistola XVIII. ultimus, pag. editionis a Iul. Florido in uersum Delphini paratae, qua uxor, 491. hic est de uersulo:

Solus qui Cbium miscet et Ammineum.

in Virgilio Mediceo et altero Vaticanae bibliothecae (w) AMMINAE vites legisse dicat Pierius, voce trisyllaba; ceteroquin et ex Aristotele profert *Αμμίνεον*. Alii AMINNEVM vna M fed N geminata. Estque apud Dioscoridem AMINNAIA *σαφυλή*. (x) Denique et AMMYMNEVM e Stephano (y)

(w) De codice Vaticano non habeo, quod dicam. Sed *Codex Mediceus* est nunc in nostris manibus, quem literis iisdem, et cum omnibus apicibus, erroribus, lituris, emendationibus, mira industria nobis dedit PETRVS FRANCISCVS FOGGINIVS, hoc titulo ornatum: *Publii Vergili Maronis Codex antiquissimus a Rufio Turcio Aproniano V. C. distinctus et emendatus, qui nunc Florentiae in Bibliotheca Mediceo - Laurentiana asseruatur bono publico typis descriptus Anno MDCCXLI, Florentiae typis Mannianis 4.* In hoc libro, qui parem non habet, versus ille Virgilianus pag. 36. lin. 10. ita exhibetur:

SVNT ET AMINNEAE VITES FIRMISSIMA VINA.

(x) DIOSCORIDIS locum offendes in *Libro V. de Medica materia cap. VI. pag.* (editionis Wechelianae 1598. fol.) 325. *Ομφάκιον, ἐστὶ μὲν χύλος ὀμφάκος, θαλασσίας σαφυλῆς μήπω περικαζούσης ἢ ἀμινναίας. Omphacium, est succus acerbae vuae Thasiae seu Aminnaeae nondum uariantis, ut IANVS ANTONIVS SARACENVS vertit, id est, nondum pingi et nigrescere incipientis.*



(y) sunt, qui scribant. Consulatur ante alios Pierius (z) ad illud Virgilii Georgicorum II. v. 97.

Sunt et Ammineae vites, firmissima vina.


et

(y) Adiiicere visum et STEPHANI BYZANTINI de *Vrbibus* verba p. m. 76., ΑΜΥΜΝΟΙ, ἕθνος Ἡπειρωτικόν. Πίναος λέγεται καὶ Ἀμμυναῖος καὶ Ἀμμυνοῖα.

(z) IO. PIERIVS VALERIANVS *Castigationes et Varietates Lectiois Virgilianae Romae* 1521. edidit, a Rob. Stephano *Parisius* 1523. recusas, quas PANCRATIVS MASVICIVS in eximia editione MARONIS, quae *Leonardiae* 1717. 4. prodiit, nobis dedit integras, cum istae primae editiones procul dubio sint longe rarissimae. Sane Vir ille doctus in explicando isto Virgiliano versu est multus, suamque de vitibus in eo memoratis in hunc modum dicit sententiam: "Sed enim „quum animaduverterim apud Graecos ἀμμυναίων scribi: „praefertimque apud Aristotelem, qui Ammineos „Thessaliae populos suae regionis vites in Italiam „transmississe tradit in Politicis, et ab illis vucae nomen „impositum: memorque essem Ausonium Poeonium „eruditum sane auctorem eadem, qua apud Graecos „scribitur ratione nomen versibus inseruisse, dum „cecinit: *Solus qui Chium miscet et Ammineum*: facile „adductus sum, vt Mediceum codicem, atque alterum quendam Vaticanæ Bibliothecæ in huius ver- „sus

et Dalechampius ad Plinii *Histor. Nat. Libro XIV.*

„sus lectione castigatiores dubio procul existimarem:
 „in quibus scriptum est, *sunt etiam Ammineae vites,*
 „qua lectione omnis et scriptionis et syllabarum am-
 „biguitas tollitur. „ Sed falli et fallere bonum *Pieri-*
um facile nunc erit ostensu. Graecos, qui habeant,
αμμινεον, allegasse oportebat, ideoque valde vereor,
 ne vnum *Aristotelem* in mente habuerit Noster, loco
 in Politicis neutiquam quaesito et reperto, sed secu-
 tus fidem *PHILARGYRII*, veteris sed incertae aetatis
 commentatoris in *Georgica*, qui ad hunc ipsum ver-
 sum, iisdem, quibus *PIERIVS* vsus est, verbis, no-
 tauit: *Amineos Aristoteles in Politicis scribit Thessa-*
lios fuisse, qui suae regionis vites in Italiam transfule-
runt, atque illis inde nomen impositum. Ego vero hu-
 ius indicii causa, omnes illos octo *πολιτικῶν* seu de
Republica libros percurri, et, *Θετταλῶν* in nonnullis
 locis v. c. *Lib. II. c. 9. Libro VII. cap. 12.* mentionem
 fieri, eorum autem, quae *PHILARGYRIVS* *PIERIO*
 persuasit, vestigium deprehendi nullum. Non tan-
 tum apud *AVSONIVM*, sed etiam in *PLINII* libris fre-
 quenter *Ammineae* vites, vinumque *Ammineum* oc-
 currit. Vide, si lubet *Librum XII. H. N. cap. 27.*
Sect. 60. Lib. XIV. cap. 2. Sect. 4. ibi: *Principatus*
datur Ammineis propter firmitatem senioque proficien-
tem vini eius vtiq̄ vitam, quae illa *Verfus Virgili-*
ni vltima verba: *Firmissima Vina,* haud parum illu-
 strant: *Lib. XIV. cap. 3. Sect. 4.* ibi: *Est et nigra Am-*
minea,



XIV. c. 1. initio, et Grotius in *Florum sparf.*
ad

minea, cui Syriacae nomen imponunt. Lib. XIV. cap. 3. Sect. 5. Lib. XIV. c. 14. Sect. 16. vbi Vinum Graecum Ammineumque, vt in Lege nostra, iunguntur, Lib. XX. cap. 14. Sect. 54. Lib. XXX. cap. 8. Sect. 22. Sed quaeritur, num ista scriptura recta et vera sit? quod istis locis nihil felicius probaueris, quam si contendas, legendum esse Amineum, quia COLVMELLA Libro III. cap. 9. quod totum est de hoc vitis genere, perpetua pariter scriptura, ita habet. Pugna itaque haec ad Codicem Mediceum, tanquam ad Triarios, redit, summae omnino antiquitatis, et secundum hunc vincimus. Non enim in eo, vt PIERIVS nobis persuadere voluit, exstat: *Sunt etiam Ammineae vites*, nec quod DAVSQVIVS, nescio quo Auctore, affirmat: *Aminae*, sed vt supra monitum: *SVNT ET AMINEAE VITES*. Pergit PIERIVS: *Quod vero Seruius asserit vinum Ammineum album esse: ideoque dictum quasi sine minio, commenticium est, in quo Viro docto ad stipulor, neutiquam tamen ex causis ab eodem adiectis: quod agnoscat Plinius vitem Ammineam nigram, cui nomen Syriacae, et ex pluribus Ammineis genus tantum vnum designet Columella, quod albidas vuas habeat: in COLVMELLA enim loco paulo ante indicato vnum vitis Ammineae genus, quod albidas vuas habeat, reperire mihi fuit non datum, nec quicquam vetaret, Amineas vuas ab albedine accepisse nomen, etsi postea e Syria allata foret vua, quam ob quandam cum istis albis*

ad D. Libr. XVI. §. 2. (aa) itemque Pancirol. Variar. Lecton. Libro II. c. 86. vbi ex Aristotele in *Libris Politicor.* refert Aminaeos, Thessaliae populos, suae regionis vites in Italiam transmisisse, et ab illis vuae nomen inditum. (bb) Ad-
defis

albis similitudinem *Amineam nigram* dixerunt; Sane VOPISCVS in *Vita Floriani cap. 4.* memorat, *vitem, quae vvas Amineas albas ferebat*, eo anno quo ille (Tacitus Imperator) imperium meruit, *purpurascere plurima purpura coepisse*; sed ex magis idonea ratione, quam verba MACROBII *Liber II. Saturnalium cap. 16. in fine suppeditant: Sicut vuarum ista sunt genera; Amineae, scilicet a regione. nam Aminaei fuerunt, vbi nunc Falernum est.* Quamuis enim ista regio non in agro Falerno, qui Campaniae pars fuit, sed in Calabria vel Apulia quaerenda sit, nemo tamen dixerit regionem, vnde vuis nomen datum est, appellatam *Amineam*, quasi sine minio, adeoque nec vquam aut vitem.

(aa) Pag. edit. cui ego olim sum praefatus, 203. 204. vbi Vir magnus probans τὸ *Aminaeum* de AVSONIO: *Aminaeum in fine pentametri posuit, sed corruptiore seculo.* Habent tamen etiam PLINII libri: *Ammineum*, omnibus in locis supra collectis.

(bb) Quod dudum scripserat PIERIVS, cui, ne quidem nominato, tantum non omnia debet PANCIROLVS.



desis Dausq. (cc) in *Aminea*, et in *Aminaea*, vt et in *Taminia* quod ibidem subsequitur.

(cc) CLAVDIUM DAUSQVIUM, qui in suis *Antiqui et Noui Latii Orthographicis Volum. II. pag. 28. 29.* de his vocibus egit quam diligentissime. Quod si post tot Veterum loca in vnum congetta, et multiplicem Virorum doctorum disensum, quid mihi videatur, est dicendum, nullus dubito tertiam vocis vexatae syllabam recte scribi per AE, ob auctoritatem Graecorum scriptorum, qui similem habent Diphthongum, DIOSCORIDES: ἀμινάϊον σαφολήν, HESYCHIUS: ἀμινάϊον ἕνον, quam scripturam suffulciunt membranæ Florentinae longe antiquissimæ, in lege PROCULI: *Vinum amphorarium, Graecum, AMINAEVM*, exhibentes; et libri veteres CATONIS eandem Diphthongum in penultima syllaba sine varietate seruantes, in loco non vno infra indicando; et CELSVS, cuius editiones, quas inspexi, omnes, *Keucheniana, Ahmeloueeniana, Vulpiana, Lib. IV, c. 19.* habent: *ex vino Aminaeo*; et SERENI SAMMONICI versus supra allegati, in optimis editionibus, etiam in illa, quam BYRMANNVS inter *Poetas Latinos minores* curauit, *Tom. II. pag. 297 et p. 327.* eandem scripturam ostendentes; et MARCELLI *de Medicamentis liber*, apud quem inter *Medicae Artis Principes ab Henr. Stephano 1576. in fol.* editum, *cap. 14. col. 298. G. vna aminaea acerba*: et *col. 301. D. vini aminaei sextarius*, atque iterum *cap. 25. col. 352. B. vinum Aminaeum* occurrit. Sed VIRGILIUS maluit Amineas vites, simplici vocali eaque

eaque longa. Ita enim habet Codex summæ antiquitatis, et idem etiam metri lex flagitat. Et quid nunc quaeso vetat, in omnibus illis locis COLVMEL-LAE, PLINII, MACROBII, VOPISCI, etiam ISIDORI et PHILARGYRII penultimam syllabam acuere, et *Aminéas* vuas, *Aminéas* vites, *Aminéum* vinum, vt paroxytona, pronunciare, vt in *Lampea*, exemplo STATII in Thebaide Lib. IV. v. 290.

— *Candensque iugis Lampea niuosis,*
et in *Malea*, auctore OVIDIO L. II. Amor. eleg. XI. v. 20.

Quo lateant Syrtes, quoue Malea sinu. Vterer lubenter eo, quod Cl. DAVSQVIVS scripsit: *Serenus: umbra necat teneras amineas. Proceleusmatico versus clauditur.* Verumenimvero ista verba in toto SERENO, quaesivi, sed frustra. Recordabar, COLVMELLAM librum X. de Hortorum cultura, ligata oratione nobis reliquisse, et non dubitabam, quod eorum verborum eo sensus spectare videbatur, erratum esse in auctoris nomine, locum ipsum ibidem me esse reperiturum, sed et haec, peruoluto COLVMELLA, me destituit spes. Etiam in pedis nomine erravit bonus DAVSQVIVS, neque enim vnquam in proceleusmaticum, quatuor syllabis breuibus constantem, versus Hexameter exire potest, bene tamen in Ionicum a minore, quem vocant, pyrrhichio et spondeo constantem, qualis est τὸ *Aminéas*. Cum autem mihi persuadere nequeam, ista omnia DAVSQVIVM confinxisse, nolui haec praeterire, et aliis in detegendis istius fragmenti auctore forte felicioribus indicare. Num consonans N. geminandasit, plus habet dubi-



tationis, intercedente HESYCHIO, forte tamen magis de Graeco nomine quam Latino sollicito. Sane ista geminatio Syllabae dubiae quantitatem in certo collocat, et venerandae antiquitatis Codex, Maro Mediceus, eandem firmat, et validissime suppetias fert inter Rei rusticae Scriptores omnium vetustissimus, CATO, apud quem constantissima lectione *cap. VI. v. 4. Aminnaeum minusculum*, et *cap. VII. v. 2. Aminnaeum minusculum et maiusculum*, et *Aminnaeae maiores*, occurrunt. Geminatum M qui excusum non video, nisi credere malis, vsu vulgari PLINII iam aetate pyrrhispondeum in Choriambum esse conuersum, ideoque AVSONIVM Pentametrum suum τὸ Ἀμμινεὺν recte finiuisse. Non abs re erit, ex *Notis meis in Digesta manuscriptis* adiciere id, quod ad nostram *Legem ultimam D. de Tritico vino vel oleo legato*, quae et BRENKMANNO et mihi commentandi dedit ansam, dudum scripsi: „HALOANDER inserta post vocem: GRAECVM stellula in margine habet: *alias additur ἄμμινον. Forte, πέρμινον.* Idem in calce Operis Norici vertit illud: *melius*, hoc: *Pramnium*, additque: *Vini genus Homero cognitum: Galeno Atheneae ceteris laudatum.* At enim vero etiam ANDREAS „ALCIATVS *Dispunctionum Libro I. c. 29*, testatur, in antiquo Codice, non *Aminaeum* legi, cuius Vergilius et Aufonius meminerint (syllaba tamen in illo inemendata, sunt et Amineae, pro: sunt etiam Amineae) sed potius Graece ἄμμινον id est optimum: ideo a IO. BRODAEO, *Miscellaneorum Lib. X. c. 13*, reprehensus, non male, nisi quod τὸ ἄμμινον ALCI-

ATI

„ATI ingenio tribuere videatur , qui potius ad anti-
 „quum Codicem prouocat , qualem etiam vidisse
 „videretur HALOANDER. „

Sed haec praelusionis loco sufficiant , et acceden-
 dum nunc ad eos, quorum causa haec sum commentatus.
 Primus eorum est

VIR PRAENOBILISSIMVS
 IOANNES HENRICVS DRESKY

Hamburgensis.

qui Vitae hactenus laudatissime peractae hanc nobis
 Speciem exhibuit :

Ego natus sum Hamburgi d. 1. Iun. A. 1740. patre Viro perillustri
 CHRISTIANO DRESKYO, I. V. Dre. et Senatore Reipublicae
 Hamburgensis, dum fata sinebant, amplissimo meritissimo, heu nimis cito
 et mihi et patriae erepto; matre vero METTA SCHNACKENBURG,
 Negotiatoris quondam experientissimifilia. Parentibus hisce idem, si
 non plus, quod Antoninus suis se debere, in libris ad se ipsum asse-
 rit, me debere testor, eorumque iunctos cineres aeterna pietate moe-
 rens colam. Cumque in fatis esset, vt carissima matre in tenerrima
 adhuc aetate orbarer, pater educationem meam suscepit; eandemque
 magna cum industria vsque ad annum vitae septimum continuauit.
 Ab hoc autem tempore locum defunctae matris MARGARETHA ELI-
 SABETHA Vidua CARSTENS, filia mercatoris Koppii, maternum cum
 nomine referens affectum expleuit, quippe quae nihil fecit reliqui,
 quod honestae educationi quocumque modo opem ferre poterat, eam-
 que ob causam et maximas Illi me debere gratias publice confiteor,
 et vt Deus T. O. M. omnia illi optata adferat, animo ardentissimo
 apprecor. Carissimis hisce parentibus semper curae cordique fuit, vt
 non tantum iis me priuatis mandarent praeceptoribus, quibus adiu-
 uanti-



nantibus veram pietatis et salutis aeternae viam ingredi mihi liceret, sed et in primis pater, cuius memoriam nunquam non pia mente veneror, comes mihi et dux in eadem hac via adstitit mihique semper, quod imitarer, exemplar fuit, salutaribusque praeceptis imbutum magis magisque in hac confirmavit.

Ita praeparatus Ao. 1755. Lyceum nostrum Ioanneum frequentare coepi, vbi vberiori Clarissimorum Virorum I. S. MÜLLERI Rectoris, et IO. M. MÜLLERI Conrectoris, institutione usus sum, eorumque salutaria dogmata in addiscendis linguis et artibus liberalibus per quadriennium hausi. Huic Ioanneo publice valedicens Ao. 1759. in numerum illustris Gymnasii ciuim relatus sum, et ibi Viros excellentissimos, eruditissimos et omni mea laude maiores, RICHHEYVM inter coelites iam versantem in Historicis, WOLFIVM in Physicis, Cel. REIMARVM in philosophicis, stilo latino et arte disputandi, B. SCHAEFFSHAUSENIUM in historia philosophica et arte rhetorica, BVSCHIVM in Mathematicis, WVNDERLICHIVM in Iuridicis et in Ethicis, et denique SCHÜTZIVM in historicis per quadriennium audire maximae mihi fuit voluptati.

Quibus demum positis fundamentis, Ao. 1763. florentissimam hanc Georgiam Augustam salutavi, cuius fama nunquam digne satis tollenda, per totum orbem literatum merito diuulgata est. Hic Magnifico tum Prorectori, summe venerabili WALCHIO, nomen fidei-que dedi, sub cuius auspiciis et nunc studiorum meorum cursum absolueri mihi contigit. Tantum vero abest, vt haec Academia expectationi meae non fecerit satis, vt potius longe eam superauerit, quam tot tantosque hic in omni scientiarum genere inuenerim Doctores, vt merito eam omnibus aliis praefendam esse censuerim. Quare per quadriennium et quod excedit, hic eorum doctrinae et institutionibus solidissimis me commisi, et Iuri aliisque scientiis quantum in me fuit, impendi operam.

Audini perillustrem; GEBAVERVM Textum Institutionem Imperialium, explicantem, perill. BOEHMERVM Ius Canonicum
et

et Ius Feudale docentem, quorum Virorum singularia in me merita nunquam verbis exaequare possum. Praeterea interfui doctissimis et solidissimis praelectionibus Perill. PÜTTERI ad Historiam imperii R. G., Rem eius iudiciariam, Ius publicum et Praxin Iuridicam, praetereaque ad Encyclopaediam Iuris, Capitulationem C. N., et denique ad Ius priuatum Principum; Excell. MEISTERI ad Institutiones, Pandectas et Ius Criminale, Ill. ACHENWALLII ad Iurisprudentiam naturalem, Prudentiam Civilem, Historiam Europae nostrae Vniuersalem, et Ius publicum, notitiamque Politicam Reipublicarum Europae; Excell. BECMANNI ad Pandectas et Theoriam vniuersi processus iudicarii, itemque doctrinam de Appellationibus; Nobil. DE SELCHOW ad Ius Germanicum; et denique celeb. CLAPROTHII ad doctrinam de Actionibus, et Collegium processuale practicum, quibus omnibus, quantum debeam, verbis sat exprimere non licet. Nec minus in Physicis HOLLMANNVS; in re Diplomatica GATTERER, in Medicina forensi SCHROEDERVS, in lingua anglicana DIETZIVS et in tradendis Institutionibus Dr. HABERNIKKELIVS operam mihi suam praestiterunt eximiam. Tandem omnium horum virorum illustrium doctrinis rite imbutus ab illustri Ictorum ordine, ea, qua decet, obseruantia petii, vt et mihi consueti examinis potestatem facere, et summos in vtroque Iure honores capeffendi Licentiam concedere vellet, quam etiam, quod nunquam non grata mente venerabor, vnanimi consensu mihi decernere haud dedignati sunt.

Ita est, tot literatissimorum Ciuum exemplum secutus, literas Ordini nostro exhibuit, et, vt ad I. V. Licentiam admittamus, decenter petiit, et nos cum cultissimae vitae laude, tum posita in litterarum studiis industria florentem cupide ad examen consuetum admisimus, in quo, cum docta explicatione vtriusque Iuris Textuum, tum prompta ad quaestiones propositas responsione, ita nobis satisfecit, vt vnanimi Collegii sententia Eidem ad reliqua publice obe-



obeunda aditus decerneretur. Hoc ipsum XXIII. Iunii die Anni superioris rite praestitit, Lectione cursoria L. 6. C. de Secundis Nuptiis publice explanavit, et *Theses inaugurales*, integra commentatione suo tempore illustrandas, sub Ill. BOEHMERI praesidio defendit, quo facto a me ista tempestate Decano Licentia summos in Iure Honores consequendi consueto ritu Eidem collata est.

Secundo loco, temporis ordine servato, collocandus est

VIR PRAENOBILISSIMVS

GEORGIVS FRIDERICVS RICHTERVS

Sorbigenis Misnicus

qui Vitae suae recte institutae imaginem in hunc modum delineavit :

Ego natus sum Sorbigae A. C. MDCCXLIV. d. xxiv. Februarii Patrem diuinac clementeae debeo M. GEORGIUM GOTO-FREDVM RICHTER, patriae urbis Pastorem Primarium; matrem itidem superstitem, CHRISTIANAM DOROTHEAM e-gente TEICHMANNIA. Parentes hi vt mihi charissimi sunt, ita totus in eo occupatus ero, vt desiderijs eorum et expectationi respondeam. Eorum enim curis id debeo, quod, a primis inuentus an-nis, sacrae religionis et bonarum artium praeceptis instructus, ad al-tiora viam sternere potuerim. Erant domestici praeceptores RATIVS Theologiae Candidatus, et ipse auunculus TEICHMANNVS; quo-rum in me merita non patiar animo meo excidere. Anno MDCCLVIII. Halam missus, in Gymnasium, cui tunc temporis praefuit Vir Celeber-rius, IOANNES PETRVS MILLERVS, nunc Theologiae Do-ctor, et in academia Augusta Professor eiusdem ordinarius; Gratus agnosco, me huic de me meritissimo Viro, aeternum dum viuo de-bere cultum. Quadriennio sic peracto, anno MDCCCLXII. Ienam me contuli, sub magnifico Prorectore SVCCOVIO iura doctae civitatis na-ctus.

naetus. Duces habui in Philosophicis, laudatissimum **DARIIVM**, nunc Potentissimi Regis Porussorum consiliarium intimum et academiae Franckofurtenfis Professore; in Institutionibus iuris civilis **MOECERTVM**, nunc in academia Rinteleni Professore; in Pandectis **HELLFELDVM**; in historicis **SCHMIDIVM**; et in mathefi **SVC-COVIVM**. Anno **MDCCLXIII** Lipsiam salutavi, fascies academicae gerente Magnifico **WINCKLERO** Physices Professore. Sectatus sum sedulo praelectiones doctissimas, **SAMMTII** et **ZOLLERI** in Iure Ciuili, **HOMMELII** in Iure Canonico et Germanico, **BRÜNINGII** in Iure Feudali, Criminali et Cambiali, **SAMMTII** etiam in Iure Publico, **BOEHMII**, **ERNESTI** et **FRANCKII** in Historicis, **FISCHERI** in Antiquitatibus, **WINCKLERI** in Physicis, **GELLERTI** in Philosophia morali, et **ZOLLERI** in Praxi Iuridica, institutiones cum fructu secutus sum. Vt denique anno **MDCCLXVI** hanc ipsam musarum sedem adirem, non modo proprius instinctus impulit, sed et Venerandi Patris, Illustris **GEORGII GOTTLOB RICHTERI**, Britanniae Regis Consilarii Aulici et Archiatri, atque Ordinis Medici primi Professoris, huc benignissime vocantis voluntas; cuius in me merita, non opus est commemorare, imo autem animo obhaerescunt. Excepit venientem Magnificus Prorektor **VOGELIVS**, et albo academico inscripsit. Cum ingenti commodo meo et studiorum profectu audire licuit Virum Perillustrem **GEBAVERVM**, venerabilem academiae Seniore, in Textu Institutionum; et praeterea Illustres ac celeberrimos viros, **AYTERVM** in Struuii Iurisprudencia, **BÖHMERYM** in Iure Canonico, **PÜTTERVM** in Iure Publico, Historia et Processu Imperii, **MEISTERVM** in Iure Criminali, **ACHENWALLVM** in notitia politica rerum publicarum Europae, nec minus Generosissimum **DE SELCHOW** in Iure Germanico. Quorum in me et studia mea impensam operam gratissimo animo complector, diuinae prouidentiae, quae ex his fontibus haurire permisit, nunquam non in tota vita memor. Finito nunc studiorum meorum cursu, ad summos in Iure honores adspirans, aditum nuper ab Inlycto Ictorum ordine, et examen peti et obtinui, quod insigne humanitatis Eius documentum grato animo recorder.

D

Non



Non potuit aliter, quam enarratum est, iuuentutis suae tempus transigere, Illustris Patruī, Collegae nostri a tot annis coniunctissimi, Medicorum Principis, magnum, in Arte licet diuersa, Exemplum nunquam non intuitus. Quare etiam eo lubentius ad petitum examen admissus, cum in explicatione Textuum commendatorum, tum in apta ad quaestiones prolatas responsione talem se nobis praebuit, qualem sperabamus, vt adeo summi in Iure Honores, reliquis praestitis, vnanimi Collegarum suffragio Eidem fuerint decreti. Hoc etiam X. Octobri Anni superioris rite peregit, Lectionem cursoriam in *L. 27. C. de Nuptiis contrahendis* publice habuit, mox Dissertationem Inauguralem *de Iure Principum Evangelicorum passio* Praeside Ill. AYRERO defendit, quo facto more consueto lubens bene merentem Iuris Vtriusque Doctorem renunciaui.

Tertium locum sibi vindicat

VIR PRAENOBILISSIMVS
PHILIPPVS HENRICVS SEYBERTH

Nassoius,

qui, quanto ardore a teneris ad Linguarum variarum, et plurimarum Artium notitiam consequendam animum applicuerit suum, sequenti Narratione nobis exposuit:

Lucem adspexi Eschae III. ante Nonas Ianuarii MD CCXXXIII. patre IOANNE BERNARDO SEYBERTH, militiae Nassoiensis praefecto, matre autem ANNA CATHARINA GOEBELIORVM e gente oriunda. A venerandis hisce parentibus nihil sane praetermissum lugeo, quo puerilis aetas ad pietatem morumque probitatem duci et bonis artibus innutrirī queat. Me etenim puerum decem

decem annorum curis praeceptorum, qui Gymnasium, quod Idsteinae floret, illustrant, lingua latina, graeca, hebraica, et gallica erudiendum tradiderunt. Carissima mihi hanc ob rem sunt nomina clarissimorum virorum DR OOSTENII Superintendentis, STRITTERI Rectoris, STIEHLII et SCHELLENBERGERI Prorektorum, RAMSPOTTII Conrektoris, quorum omnium benivolentiam in me collatam nunquam nisi grato, animo possum remunerari. Imbutus ita literis, quae ab humanitate nomen sortitae sunt, ad philosophiam et mathesin interno quasi stimulo incitatus, KRAVSTIO Idsteinsium Pastore reuerendo in Arithmetices, Geometriae, Mechanices, et Algebrae elementis praesertim duce, prouolavi. Tandem cum iurisprudentiae operam nauare mecum constituissem; aliam, quae Iena est, Salanam A. CLO CCLXII mense Octobris petii, atque viro reuerendissimo WALCHIO fascis academicos tunc tenente albo ciuium academicorum sum infertus. Illustres et celeberrimos viros DARIESIVM Logicam, Ius naturae, Ethicam et Metaphysicam, SVCOWIVM Mathesin puram et practicam, HENNINGIVM Praxiam Logices, WALCHIOS fratres Antiquitates et Historiam iuris, TITELIVM Institutiones iuris, LVDOV. SCHMIDIVM Iurisprudentiam romano-germanico-forenssem Struuii; RAVE Digesta; BVDERVM et ERDM. SCHMID Historiam imperii nostri et ciuitatum Europae, Ius publicum, HELFELDIVM ius eriminale, ACHAT. SCHMIDIVM ius canonicum explicantes audiui. Parentum iussu et summorum virorum gloria motus ad Georgiam hanc Augustam CLO CCLXV, m. Aprilis FOERTSCHIO summe reuerendo tunc temporis Pro-rectore accessi. Per biennium, quod literis dicare mihi hic contigit duces nactus sum viros fama et meritis conspicuos atque illustres, GEORG. HENR. AYRERVM in examinatio Struviano atque disciplina iuris publici; GEORG. LVD. BOEHMERVM in Iure feudali, IOAN. STEPH. PÜTTERVM in iurisprudentia imperii nostri publica, institutionibus rei iudiciariae imperii, exercitationibus practicis, nec non doctrina iuris priuati principum et praelectionibus ad capitulationem nouissimam, MEISTERVM in Digestis, ACHENWALLIVM in notitia rerum publicarum, KAESTNERVM in Analyfi finitorum atque infinitorum, vti et in exercitationibus



disputatoriis, GVST. BERN. BECMANN in theoria procesus iudicialis, IO. HENR. CHRIST. de SELCHOW in iure germanico priuato, CLAPROTHIVM in collegio practico, GATTERERVIVM in re diplomatica, quibus tum pro his, quo ex ipsorum praelectionibus doctissimis aequae atque suauissimis percepi, fructibus, tum pro singulari humanitate et benevolentia me profiteor obstrictissimum. Durante adhuc studiorum, quae recitari, curriculo id, quod in Gymnasio iam coeperam, institutum alios erudiendo me ipsum erudire profectus sum. Tanta etiam suauissimorum auditorum erga me fuit amicitia, ut benignissimo fautorum consilio ad summos in utroque iure honores adspirare non dubitarem. Illustrem igitur ICtorum ordinem pro obtinendo examine solemniter ea, quae decet, obseruantia adii, qui ad illud me admittere humanissime decreuit, eoque peracto non facultate solum adipiscendorum honorum doctoris, sed legendi etiam iure statim sum ornatus.

Ita, ut dictum est, res se habet: alios docendi, suosque in Tabulis publicis inuitandi Licentiam, ipso modeste perente, et Ordine nostro ex merito consentiente, ante suscepit, quam honores in Arte nostra summi, eam facultatem largientes, sibi conferrentur. Ea de causa vix est, ut de Examine, quod omnino petiit, et summa cum laude sustinuit, plura verba faciam. Sane et commentando in vtriusque Iuris Textus, et sciscitantibus nobis accurate et solide respondendo, ingenium suum, eruditionem et solertiam suam ita nobis demonstravit, ut in admissione ad reliquum operis publice peragendum fuerimus vnanimis. In his etiam virum se praestitit, circa superioris Anni finem die mensis Decembris XIX. *Nouellae CXV. Caput III.* docte illustravit, et Dissertationem Inauguralem *De Reditu annuo Vitali Tomina et Fiscis Viduarum* absque Praeside strenue defendit, quibus peractis Iuris Vtriusque

Docto-

Doctōris Honores merentissimo cupidissimus more recepto contuli.

Nec omittendus est a me Candidatus temporis ordine vltimus

VIR PRAENOBILISSIMVS

IOANNES HENRICVS FRICKE

Guelpherbytanus.

qui omnem Vitae suae rationem sequentem in modum nobis exposuit :

Ego natus sum Guelpherbyti anno huius seculi quadragesimo ipsis Kalendis Nonembris. Patrem habui IOANNEM IVLIVM, qui in Gymnasio Guelpherbytano Mathesin docuit, et matrem SOPHIAM BENEDICTAM ex gente OTTONVM. A pueris inde, vt sunt mortalium mentes pronae ad ea, quae movent exempla domestica, litterarum studiis me addixi, id quod nunquam certe fecissem, si tot tantasque molestias exhauriendas praeflagire potuissem. Patris quidem morientis animus illas diuinavit, et monuit, vt aliud vitae genus eligerem, ad cuius culturam tenues rei familiaris facultates sufficerent. Sed vt eram eo tempore iam adultior, agebam enim annum decimum quartum, ita tenacior propositi. Quod quum optimus pater sentiret, demonstraturus viam, qua possim dura ad vitam propositam rudimenta emetiri, virtutem mihi, me Deo Optimo Maximo commendauit, et paucis horis post dixit supremum Vale. Ex eo tempore ipse mihi, quantum poteram, victum infantes erudiendo comparare sategi. Tandem annos natus vnum et viginti in Academiam abeundi erat animus. Sed vnde viverem vix erat. Pauculis numis instructus veni Helmstadium, Theologicis studiis et simul Philologicis operam daturus. Verum diuinum numen excitauit Virum Illustrem FRANCISCVM DOMINICVM HAEERLINVM, Duci Serenissimo Brunsvicensi a Consiliis Aulicis, vt me liberorum suorum praeceptorem faceret, meque in suam domum reciperet. Inde Optimi Fautoris, pietate semper sanctissima colendi, opibus adiutus Helmstadu annum et dimidium peregi.




peregi. Quo spatio litterario circumacto, accidit, ut Goettingam Galli relinquerent, quare ocyus potissimum seminarii Philologici causa huc me contuli, et singulari fato Virum humanissimum, quo vix orbis diuinorem tulit, inueni, puta Virum illustrem CHRISTIANVM FRIDERICVM GEORGIVM MEISTERVM, Augustissimo Britanniarum Regi a Consiliis Aulicis, cuius postquam liberos, parentum virtutes et vultu et animo referentes, in eruditionem suscepi, fortuna laetior me arrisit. Huius Fautoris consiliis debeo, vt, quum annum in hac Georgia Augusta transegissem, ad Iurium disciplinas me conuerterem. Denique a Regis Augustissimi ac Potentissimi Nostri indulgentia nactus sum anno praeterito a. d. III. Nonas Octobres in hac Academia Georgia Augusta munus Actorum Publicorum, et praeter illud ex rescripto regio, hocce anno pridie Kalend. Mart. emisso, mihi cura ordinem iudicarium in iis iustitiae causis, quae ad disciplinam non pertinent, dirigendi clementissime demandata est. Caeterum quoties diuinae prouidentiae signa luculentissima, quae hocce vitae meae spatium insigniunt, quaeque omnia enumerare chartae huius angustia prohibet, quoties haec, inquam, tacito pectore mirabundus recolo, praecipiti impetu ad diuini Numinis, cuius nutu fata mortalium ratione sapientissima eaque alte abscondita reguntur, adorationem deuotissimam abripior.

Haec de vita mea. Quibus addam doctores. In Gymnasio Guelpherbyitano praeter caeteros eius temporis praeceptores, maximas gratias habeo IACOBO FRIDERICO HEVSINGERO, Rectori eius Gymnasii celeberrimo, cuius egregiorum in me meritum memoria, dum hanc animam duco, mihi non excidet. Helmstadii audiuimus in Philosophicis Virum Illustrum et Experientissimum D. BEYREISIVM, et Beatos DOMMERICHIVM ac HENTSCHIVM; in Theologicis Viros summe Reuerendos VON DER HARDT, CARPZOVIUM, et SCHVBERTVM. In hac Georgia Augusta in Exegeticis et Theologicis Virum illustrem MICHAELEM et Beatos HEILMANNVM et FEVERLINVM; post in Iuridicis Viros Illustrum et Consulitissimos BOEHMERVM, PÜTTERVM, MEISTERVM, ACHENWALLVM, DE SELCHOW et in iurisprudentia forensi Virum Illustrum ac experientissimum SCHROEDERVM.

Scili-

Scilicet Candidatus noster in bonarum literarum studiis strenue est versatus, et, hoc solido omnium artium fundamento et basi rite posita, sacram doctrinam coluit, sed in hac tandem Georgia Augusta mutato consilio ad IurisArtem animum applicuit suum, et alacri studio sub praestantissimis doctoribus totum legitimum opus ita perfecit, vt commodum ei videretur, Honores in Iure summos, publicum partae in Legum doctrina eruditionis testimonium, ambire. Ea de causa versus finem mei Decanatus literas offerri solitas mihi exhibuit, et in iis ab Ordine nostro petiit, vt ad consuetum Examen sibi accedere liceret. Eo lubentius assensimus, quo certius sperabamus, immo confidebamus, talem futurum, qualem cum interpretando Iuris vtriusque Textus, tum ad quaestiones promte ac docte sua regerendo, se reapse praestitit, de quo etiam nunc eo mirus est dubitandum, postquam publicum in Vniuersitatis Iudicio Munus in Eundem, Virum Iuris omnino peritissimum, Regio Rescripto est collatum. Sed istae nouae et variae occupationes, ex iusta concrediti muneris administratione oriundae, haectenus impedierant Nostrum, Commentationem Inauguralem ad finem perducere, adeoque et ea, quae publice peragenda supererant, perficere, vt tandem ex vsu nostri Collegii a me Prodecano promeritis Honoribus exornaretur. Repente autem et praeter omnium spem atque opinionem accidit, vt *Serenissimus Princeps ac Dominus, Dominus FERDINANDVS, Brunsvicensium ac Luneburgensium Dux*, solennem Academiae Panegyrium ad vices Prorektoratus mutandas institutam instantemque sua praesentia augustiorem reddere polliceretur: me interea ex itinere valetudinis tuendae causa
 fus.



suscepto peregrini absente, et eorum, quae Gottingae agi-
 tabantur, imminebantque, prorsus ignaro. Incessit ita-
 que Candidatum meum cupido, ut sibi, natiuitate etiam
 Guelpherbytano, in tanti HEROIS praesentia, quo Testem
 maiorem locupletiolemque Dignitatis sibi conferendae
 ne votis quidem expetere liceret, desiderati Honores im-
 pertirentur; et Ordo Noster, eo nomine aditus, recte
 se facturum existimauit, me dubito procul non improba-
 turo, si laudabili voto annueret. Ex Huius itaque De-
 creto Candidatus ipsis Iulii Kalendis Lectione cursoria
Recessus Imperii Nouissimi Caput CLXX. est interpretatus,
 et Theses Inaugurales *de Foro Commendatoris Ordinis Teuto-
 nici* absque Praeside publice defendit, et in dicta Panegy-
 ri IV. memorati Mensis die ab Ill. AYRERO, Ordinis hac
 tempestate Decano, Iuris vtriusque Doctor est renuncia-
 tus. P. P. Gottingae die XIV. Augusti MDCCLXVIII.



ULB Halle

3

001 964 666



5b

KOPF





1768, 8 9

32

ORDINIS IURIDICI
PRODECANVS

GEORGIVS CHRISTIANVS
GEBAVERVS D.

HONORES

VIRIS PRAENOBILISSIMIS

IOANNI HENRICO DRESKY

HAMBVRGENSI

GEORGIO FRIDERICO RICHTERO

SORBIGENSI MISNICO

PHILIPPO HENRICO SEYDITZ

NASSOICO

IOANNI HENRICO FRIDERICO

GVELPHERBYTANO

RITE COLLATOS PVBLCICE IN

SIMVL

MSTI CVIVSDAM BRENKMEYER

SPECIMINA CONTINVT.

GOTTINGAE ANNO MDCCLXV

LITTERIS IOANNIS HENRICI SCHVLZII, AC

